

21.

1283, Luglio 22.

Società di mercanti in Ayazzo, per compra di Bombace, Pepe, etc.

Capta fuit pars in maiori Consilio, quod addatur in Comis-
sione Baiuli Jacie, sive mittatur ei precipiendo per sacramentum,
quod ponat ad majus consilium quod ibi habebit, quod mercatores
nostrи qui erunt ibi, debeat facere societatem de bambacio, boc-
carano, et pipere; et si captum fuerit per duas partes ipsius ma-
ioris consilij, de facere ipsam societatem, quod possit, et debeat eis
precipere in illis pennis, que ei videbitur; quod ipsam societatem
faciant; et quod aliquis emere non possit nisi illi qui ad hoc
fuerint constituti et illi qui post modum illuc ibunt, sint in illa
societate, et habeant illam partem que eis veniet per ratam,
postquam ibi erunt; et de hac societate facienda intelligatur de
illo, qui habuerit a ducentis Bizantiis supra secum.

[Luna, f. 17].

22.

1283, Luglio 22.

*Commissione al Bailo Marino Badoer d'imprestare per la ri-
parazione della sua Tareta.*

Item. Quod fiat Comissio nobili viro Marino Baduario Ba-
iulo Jacie de accipienda pecunia mutuo supra nostrum Com-
mune, pro facienda aptari et teneri in concio Tarreta, quam habe-
bit ibi, pro utilitate mercatorum. Verumtamen dictas expensas
facere debeat cum maiori parte sui Consilii grandis.